

gaudeat privilegio veri depositi, hoc procedit in præjudicium tertii, non tam inter easdem partes, & deponentem & depositarium; ita exp̄s̄e distinguunt, & loquuntur Doctores omnes allegati, & infiniti alii quos in id congesit Tiraquel. *de retrat. convent. §.4. gloss. 6. n. 14. cum seqq.* nam quad ipsum depositarium virtute sua confessio, quaer veram numerationem probat, praefata doctrina non procedit, ita probant exp̄s̄e text. in *I. Publia. §. ult. ff. depositi. I. in contr. libis*, de non numerata pecunia.

Quod maxime procedit in nostro casu, dum loquimur de deposito judiciali, cuius confessio de per se, & etiam abstracta a deposito, paratam executionem habere, nemini dubium est. *I. i. de confess. I. C. cod. tit. I. post rem. ff. de re jud. I. tit. 3. p. 3.* & ita ex supradictis libenter recede a limitatione Zuchard. siquidem ex absolute doctrina, nec perpetua motus fuit, & ideo resolve in utroque casu, appellationi emissæ a depositario deferendum non esse.

**83** Secundo limitatur, seu declaratur, ut tunc non poterit a sequestro, seu deposito appellari; quando apparat sequestrarii accepti sequestrum; non tam quando ipse depositarium negaverit, & aliter non apparat, qui tunc admittitur appellatio, ut in terminis loquitur, & declarat Marquef. *de confessio. I. p. c. 22. num. 33.* quo loci sequitur, quando creditor exequitur & in pignus capitur debitum sibi ab alio, qui constituitur sequester, & debiti depositarius; quia si negando debitum non acceptat munus, potest appellare, & in alia re executi fit executio.

**84** Sed nunc quarto, an factio sequestro alienius rei apud depositarium, illam restituendam victoriam habent in licea *clem. 1. de seques. poss. & I. licet §. rei deposit. ff. depositi. & similibus*, super qua obtinuit aliquis executoriales, ut sibi res restitutur, aut depositarius possit appellare ab hoc execute tamquam excendeum eum exequendo, cum in executorialibus exp̄s̄e non continetur: *Ita quo minimè talis est appellatio* deferendum opinor, ad quod moveat extra supradicta; nam instrumentum depositi judicialis paratam habet executionem, quia factum est instrumentum in iudicio, vel apud officium, fori & judicii calore & autoritate efficiente, executionem meretur, *in l. i. quia tale padum, s. qui provocavit, ff. de patiis. Ubi Paul. & III. num. 8. idem Bart. & Paul. I. cum quo pro, de jus vocan. Alex. in l. divo Pio in princ. ff. de re jud. Affl. decisi. 387. n. 1. ut scilicet, quando per viam contentio juris, fit non voluntaria, Bald. & Xuar, quos allegat Parla. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. §. 10. princip. par. & ideo cum dilatio apposita restitutio fit per sententias executoriales purificata, & liquidata, contra eum executio locum habet.*

**85** Et probat, quod in simili habetur in *I. ff. judicatum solvi*, ubi fideiussor de iudicato solvendo statim cedit dies obligationis, quod res judicata sit, condemnatione sequitur, & virtute ejus sententia seu executorialis, per quam declaratur & liquidatur obligatio absque novo processu, fit executio contra fideiussorem licet in sententia exp̄s̄e non continetur, nam cum ita obligatio facta apud pacta, dicatur appendix ipsius iudicij, ita Odofred. in *I. 2. C. de usulis rei jud. Guido de Suza, Guillel. de Cunis, & aliis relati a Bald. in I. 2. §. in fideiussorem, ff. qui satisd. cogant. Peru. in d. I. 2. exacte Roder. Xuar. in repetitione I. poss. rem. in decl. I. Reg. fol. 31.* Sed pone questionem quotidianam, ubi ex Bald. dict. in *nu. 10.* quod ita obligatio opponitur ad soliditatem ipsius iudicij, & sic erit pars intrinsecus ipsius iudicij, secundum quod ita sententia non meretur de per se sola executionem sed stipulatio iudicatum solvi declarata per sententiam & sic illa juncta cum sententia est, quae executionem habet, qui tunc per sententiam liquidatur, ut advertit, & idem Bald. in *I. 1.* ubi vide ad longum per *Affl. decisi. 150. n. 19. Didac. Perez in*

etiam *Angl. de Perusio*, quaer quidem omnia faciunt ad propolum nostrum.

Deinde, & hoc est potissimum fundamentum, nam **87** litigium est super hac re deposita, & sequestrata, quaer per sententiam à judice vincenti reddi jubetur, ad cuius mandatum debet restituere. *ad l. pen. C. deposit. I. ff. oleum, ff. de dolo, I. 3. tit. 9. p. 3. & ibi Gregor. & I. 3. p. 5. Alberic. in dictionario in verbo sequestratio, I. licet §. rei deposit. ff. cod. sed adversus quemlibet etiam ter- 88 sum, in quem res litigiosa pervenit etiam non comprehensum in sententiam directa executio fit. I. 2. & I. fin. C. de litigio, I. mater §. fin. de exceptione jud. I. ff. hyperatus, §. 1. ff. de pignor. & nos latè infra 4. p. c. 8. d. n. 168. cum seqq. ergo adversus eum tamquam detentorem rei aedipite lite pendente executio recte procedat.*

Cui convenit, quod dicunt Bald. in *fin. de bon. auth. jud. possid. Abb. in c. 1. n. 1. de deposito. Francif. Curt. in tract. de sequestro q. 26. n. 81. vol. 4. de depositariis quandocumque judicii visum fuerit ad petitionem partis, vel ex officio rationem exigī posse, maximè si causa proper quam fuit factum sequestrum cessaverit; quia eo ipso quod remoti sequestrari per judicem fiat, illis intimata, celeriter sequestrum restituere tenetur, ut latius probat Escobar de *ratioin. cap. 6. n. 85.* ubi ex Bald. Afflito, & aliis firmat teneri ex illa intimatione, per quam in mora constituitur, ad interesse parti latae, & in terminis, quod adversus hunc sequestrum executio locum habeat absque novo processu, proba Hieron. de Monte in *suis quæst. quæst. 23.* quem referens sequitur Arimin. *Teputas tom. 1. tit. de jugestris*, fol. 331. col. 2. circa medium.*

Quod evidenter probatur, nam si obtinui contra te executoriales, vel habeo instrumentum guarentigii ad præstandam rem, vel pecuniam; possum directe executari depositarium, apud quem tem vel pecuniam depositavi, licet ipse nihil mecum contraxerit, nec fuerit ad executoriales citatus; text. est in *l. Divo Pio §. ff. de re jud. Parla. lib. 2. rerum quot. c. fin. 5. p. 3. & n. 45.* ergo a fortiori potero exequi depositarium, qui rem meam tenet, & nomine mei viciuri factum est depositum; & quia tertio, cui ex obligatione aliquod commodum resultat, executio competit adversus obligatum, ita ex aliis probat Parla. lib. 2. rerum quotid. c. fin. 5. p. 3. latè Gratian. in *discept. foren. c. 49. d. n. 1. & n. 23. iusque ad fin. & cap. 332. d. princ. 10. 2. & nos alibi latius.*

Et quia licet contra tutorum vel administratorem allicij, adversus quem decreta sunt exequenda executoriales, non possint in administratores dirigi directio, tamen si penes administratorem res sit, in quem **93** facienda est executio, & non exhibeat, potest omni juris rigore compelli, etiam per capturam personæ, ut exhibeat, ita ex pluribus probavimus *infra lib. 4. cap. 8.* de excessu de persona ad personam, à numero 165. & sursum.

Unum, & quod solet a DD. adnotari non omissum, ut scilicet depositarius quilibet, vel apud quem res sequestratur; si à judice compellatur depositum alteri restituere, quam ei cui de jure tenebatur, ut possit, imò debeat iste depositarius appellare ab hac iusta compulsione, ad hoc ut possit liberari: quod ita procedit, ut quando talis iussus est notoriè injustus, quia tunc non excusatetur ab appellatione depositarius; quando vel est clarum mandatum judicis compellentis reddere depositum alteri, esse iussum, à jureque approbatum, vel saltem est hoc sub dubio; quod stante pro judice præsumendum; tunc esti depositarius, ab eo non appellaverit, liberabitur depositarius, parendo ejus iussu, & obtemperando mandato, juxta *I. Imperatores, ff. ad municip. I. non videtur §. qui iussu, ff. de regul. iuris, I. liberorum in fin. de iis qui not. inf. quibus probatus solvemus iussu judicis liberari, de quo articulo vide ad longum per Affl. decisi. 150. n. 19. Didac. Perez in*

*in l. 1. tit. 16. lib. 3. ord. q. 15. colum. 1144.* faciunt que Rip. in e. si quando n. 17. de rescript. & Gregor. Lopez in *l. 5. tit. 15. p. 7. Orosius in l. ut vim, n. 16. colum. 21. ff. de justitia & iure, Paul. de Castro in l. 2. ff. de judicis. Hippolyt. in pract. crim. §. nunc vitandum, n. 41. exactius de hoc artic. per Azeved in *l. 13. tit. 9. lib. recipil. à n. 17. & seqq.* & ultra eos id, loquendo in depositario judiciali, seu sequestro, dicit ex Bart. in *l. mulier. ff. de leg. comitiss. & Guid. Papæ q. 340. & Francisc. Curt. de sequest. q. 163.* Avend. in *dictionario verbo, fuerza,* de qua quæst. vide late q. p. 7. a. n. 51. cum seqq.*

**95** Debitor autem cui judex iubet sovere debitus minus legitimæ personæ, qua cum tunc minimè liberatur, & tot, hic fit præjudicij iusfus & irreparabilis, appellationem ab eo omnes permittunt; ut videre est ex his quæ latè in unum congesit Greg. Lop. in *l. 4. tit. 14. p. 5. gl. 4.* & ultra Azeved. & Didacum Perez suprà Güierrez prat. q. lib. 1. q. 113. & per Parla. lib. 2. rerum quotid. c. fin. 5. p. 9. 17. à n. 7. quando autem ad appellandum ipse debitor coactus necessariò teneatur, ut se liberet, eodem Doctores lege, & quod ab hac compulsione, puta quando judex debitor solvere debitus minoris curatore, tanquam legitimo gravamine licet appellare, probat *l. ait prætor, & permititur, ibi, nisi forte quasi adversus injuriam appellandum quis ei putet, & c. fi de minor.* circa quam vide late per DD. *scientes & præcipue Greg. Lop. in d. gl. 3. & de hoc articulo latius dixi*, post plurimos 4. p. c. 7. ad n. 151. cum seqq.

## CAPUT XVII.

A judice, cui à superiori appellationis semel causa (etiam tacite) remissa est, ad ultiora procedente in causa principali, appellatione emissæ, vis an fiat haud deferendo, ubi an hodie stante Tridentini decreto, attribuente primam instantiam ordinarii; superior an valeat articulum committere cum clausula (una cum toto negotio principalis) (quam & quas) & similibus.

## SUMMARIUM.

- 1 *Causa in prima instantia in aliquibus casibus jure communis Metropolitanis & Nuntiis est permissa.*
- 2 *Causa omnes in prima instantia sunt tradiendas coram ordinariis, nee superiores possunt adiri, nisi per legitimam appellationem, ex Trid.*
- 3 *Causa ubi in prima instantia avocatur ab ordinario, causus violentiae est legitimus.*
- 4 *Jurisdictionis defecitus insanabilis, præstat causam appellandi.*
- 5 *Causa in prima instantia quando per superiori eradicatur violentie decreti tertium genus datur in Sez. 11.*
- 6 *Judicium ordinarium Ecclesiasticum ex quibus rationibus dici.*
- 7 *Superior ad quem declarans bene appellatum, & revocato gravamine an possit causam in prima instantia retinere, vel remittere ordinario.*
- 8 *Gravamine justificato per superiori invento potest causam restringere, aliter autem remittit inferiori.*
- 9 *Causa non devoluta vel male appellata statim reddit ad primum iudicium.*
- 10 *Delegatus super gravamine incidente in prima instantia tamen, an possit se intromittere in negotio principalis, quomodo libet gravamen declarare.*
- 11 *Appellatio limitata ab uno articulo separata, non devolvit totam causam.*

**C**um Legatis, Nuntiis, Metropolitanis, & aliis superioribus judicibus à jure sit communi in primis multoties cognitio permissa, eorumque (ordinariis omisis) pariter sit subditis inhibito concessa, sive per viam appellationis, sive querelae avocationis, ut notatus communiter per glossam & Doctores in *cap. 1. ex toto tit. de off. legati in decretal. & in 6. exacte etiam per Doctorem Sahagum in explicacione horum titulorum de officiis, legati à princeps ubi multa refert, Covar. in pract. q. c. 9. à prime.*

Sed hæc ita receptissima fuere ulque ad novissimum facri Concilii Tridentini decretum, in quo *ff. 14. de reform. cap. 20. interdictum est omnibus superioribus*,

rioribus, etiam Nuntiis Apostolicis, Metropolitanis, Legatisque de latere, qualibet causas in prima instantia audire, sed in ea earum cognitio, & examinatio ad ordinarios locorum pertineat omnimodo, itaque omnes causas Ecclesiasticas ad forum Ecclesiasticum quodocunque spectantes, etiam beneficiales experientias esse in prima instantia coram iudicibus ordinariis, terminandasque esse infra biennium connumerandum à die motu litis: nec superiores iudices polle de eis cognoscere ante appellationem à diffinitiva, vel ab interlocutoria habente vim diffinitivæ, vel continente gravamen per diffinitiam irreparabile, etiam ex mandato Apostolico, nisi urgenti & rationabilis causa tale mandatum manu propria Romani Pontificis fuerit subsciptum, vel causa fuerit de eis, quæ secundum Canonicas sanctiones sunt tractandas apud Sedem Apostolicam, de quibus habetur in c. nec licuit, 17 d. & in c. majores, in princ. de baptismo, nec etiam Legatos de latere Nuntios, & alios quoquaque iudices quæcumque facultate fulgentes posse in prædictis causis; quantumcumque gravissimis in prima instantia præcipere, impedita, seu turbare iurisdictionem ordinariorum, nisi prius fuerit requisitus ordinarius & negligens, ut & latius in eodem Tridentini decreto continetur.

3. Cujos id rectè meminit Doctor Sahagum ubi proximo loco sub n. 14. Gondizalus de Paz in præs. tom. 2. prælud. 11. ubi mirifice à violentiam applicat, ut scilicet, si factus factum fuerit, & aliquis coram alio iudice non suo, hoc est, ordinario, præterferat in prædicta casibus exceptis & permisum appellari poterit, & invocare protectionem Regiam, & auxilium violentiae, eo quod violatur Concilii Tridentini decretum, hocque auxilium minime huic oppresso denegandum est in supremis tribunalibus, cum isthac appellatione sit licita omnibus suis partibus confusa: nam actus judicis sine iurisdictione nulli sunt, quia nulla major nullitas, nullus magis insanabilis defectus, quām iurisdictionis, Felin. in c. que, cap. 2. de re iudic. Alex. conf. 77. n. 3. lib. 2. Anton. Corfetus in singulari verbis statutum, incipit, statuo caverit. Bald. in l. generaliter col. 1. C. de Episc. & Cleric. Roma. conf. 42. & conf. 116. Paul. Castren. conf. 99. lib. 2. Hippol. in singul. 10. & in ult. n. 49. ff. de iurisd. omnium iudic. Ludo. Gomez in tract. utriusque signature n. 75. Decius conf. 8. n. 6. Parisius conf. 45. n. 28. lib. 1. Covar. in tract. que, cap. 25. n. 4. Vantius de null. in de nulli. ex defectu juris à principi. sed actus nullus quantumcumque alias privilegiatus executionem non meretur, l. 4. q. condonatum. ff. de re iudic. ergo cum superioris in prima instantia careant penitus iurisdictione, vim facient manifestam, aliquod decretem huius contrarium executioni mittentes, & ita post hoc casu tertium genus violentiae concedi, scilicet, reponiendo lo hecho, y remitiendo la causa á quien della deva y pueda conoscer, &c. non vim faciat, aliter autem vim deferat, & reponat.

6. Proprium iudicium ordinarius aliquo illum dici, vel ratione originis, domicili, vel beneficii, ut in c. ff. de foro compet. vel ratione contractus, sibi inventur, ut in c. dilecti edem sit. & in c. Romana. §. contrafentes de foro compet. in 6. vel ratione delicti, ut in c. cum sit generale, de foro compet. in decreta, vel ratione rei scire, petitus, ut in c. sicut edem, quibus modis plures quis habere potest iudices ordinarios, sed cum uno tantum convenientius reus est, quem actor ex eis elegit, & qui prævenitur iudex per citationem, ordinarius erit in causa, ut in cap. proposuisti, de foro compet. ubi late notant Doctores.

7. Circa quæ multoties dubitatum vidi, minus tamen digestum, an hodie stante dicto Tridentini decreto; superior ad quem, de aliquo gravamine incidenti fuisse causa principalis appellatum est, cognitio de causa inventit bene appellatum, & injuncte gravatum; an possit causam principalem retinere, & avocate ante-

quam prima instantia coram ordinario finiatur, seu terminetur, sed si omnino terminato gravaminis articulo, teneatur remittere. In quo affirmative respondeo. Nam Tridentini decretum circa hoc nihil statuit, sed omisit illud juris communis depositioni, illud reservans illæsum, ita declaravit S. Congregatio Concilii super d. cap. 20. sub die 4. Augusti 1588. in hac: quod quando fuit appellatum à diffinitiva vim habente, cuius gravamen per appellationem à diffinitiva reparari nequeat, & gravamen fuerit justificatum; tunc Concilium non dilponere, an causa principalis remittenda sit ordinario; sed remanere in dispositione juris communis, & iterum super illis verbis Concilii, (& cuius gravamen per appellationem, &c.) ita decrevit; an justificato coram Metropolitano, nihil innovare Concilium. Trident.

Illi autem iure communi inducuntur, ut iudex ordinarius aditus per appellationem ab interlocutoria possit justificata appellatione, causam principalem retinere, si autem in iustam declaraverit, negotium principale ad inferiorem à quo reddit, ita probat text. in c. ut debitus honor, de appell. exhibita de iudicis, & notatur in c. de foro compet. in 6. & c. cum appellatione frivilis de appell. lib. 2. Covar. post alios in tract. q. c. n. 1. & 5. conclus. & hoc etiam obiter tam, citato Covar. tetigit circa appellationem ab interlocutoria in curatis beneficiis Hieron. Gonzal. in regul. 8. de men. gl. 6. n. 9. & tunc quando vel devolutum, vel male appellatum statim causam redire ad primam iudicem, affirman Specul. sit. de exeq. sentent. §. 1. n. 11. ubi Joan. Andr. Abb. in cap. pastoral. §. præterea n. 7. de off. delegati. Præpol. in d. c. ut debitus n. 10. Petrus Surd. decif. 175. n. 3. Lancelot. de attent. 3. p. c. 12. lim. sub n. 28. & limit. 29. n. 1. Rota decif. 1. alias 128. si appelletur de off. deleg. in novis. Scaccia de appell. q. 17. limit. 47. memb. 2. n. 9. Marquelle tract. de commiss. 2. p. c. 1. n. 40. Cius in l. per hanc que, q. 7. sub n. 11. C. de tempor. & repar. appell. Bart. in l. intra utili, in princ. ff. de minor. & in l. 4. que, 6. n. 10. ff. de appell. Franch. in cap. accepta. 33. sub n. 1. de appell. Decius in cap. ut debitus n. 7. 18. & 19. de appell. Guido Papæ tract. de appell. conc. 9. n. 7. fol. 57. Scaccia ubi proxime memb. 3. n. 19. fol. 5. 18. ex ea ratione, quia causa in prima instantia debet terminari coram iudice à quo.

Quid autem in delegatis ab eis sit dicendum, ad Reverendissimum Nuntium solet recurreri per appellationem à gravamine, cuius cognitionem alteri ipse delegat, qui quidem delegatus multoties se intromittit in examinatione causa principalis, à quo appellatur, & pro delatione abnegata, suprema tribunalia adhibentur per viam violentiæ, & actus alias inappellabiles arguuntur advocati ex iurisdictione defectu, instante hoc capite appellationem falem fuisse licitam, & vim esse manifestam. Pro cuius claritate liber distinet procedere, ut aut gravamen tantum, à quo fuit appellatum, delegatum est, & tunc sive iustitia sive iustitum declaraverit, ad inferiorem causam principalem cognitio reddit, ut per d. cap. ut debitus, & d. c. examinata, hanc firmavit post alios resolutionem Philipp. Franch. in d. c. ut debitus, n. 40. super gloss penult. quæ illud innuit, iudicem, ad quem fuerit ab interlocutoria appellatum, teneri, eandem causam remittere ad iudicem à quo, ubi appellatio appareat iusta, erit remissio hujusmodi omnino necessaria, si inferior iudex appellationi detulerit, cap. cum appell. frivilis, de appell. l. 6. explicant Doctores, maximè Philipp. Franch. in d. c. ut debitus n. 42. sequuntur gloss. ibi. quæ idem docet hanc conclusiōem firmat etiam doctissimus Praef. Covar. in tract. d. c. 9. sub n. 5. vers. 1. conclusio,

At causa solet una cum toto negotio principali committit, in quo suppono, quod cum appellatione interpolata devolvit illum solum articulum, super quo fuit interposta,

posita, ac ideo quando fuit appellatum ab uno articulo separato, jurisdictio primi iudicis non suspenditur in tota causa, ita determinavit Rota dec. 4. 6. n. 11. in antiqu. & Belig. dec. 2. de causa poss. & propri. Decius in c. bona n. 19. de appellat. Doctores communiter in c. p. super eo primo de appellat. Sebast. Vantius de nullis. sententiariis ex defectu juris ord. n. n. 87. Parisius conf. 66. n. 8. volum. I. quia appellata ad unum articulatum limitata, limitatum pariter effectum, & probatur, in l. appellanti in princ. & ibi Bart. ff. de appellat. nisi modo, & forma superius dicta, quando legitima declaratur appellatione.

12. Et ideo iudex superior appellationem ab interlocutoria delegans, cùm vult hac prevenire commitit examinationem gravaminis, una cum toto negotio principali, quod & recte & jure procedit, quia hic delegatus non potest de causa principali cognoscere, si appellatio minimè justificetur, & iniulta detegatur, quia tunc, ea scilicet justificata bene in ea valebit se intromittere, quia cùm iudex appellatione ita demum cognoscit de ipsa, quando bene fuisse appellatum apparent ex supradicti, cùm rescriptum & commissio debeat intelligi, & interpretari secundum ius commune, ad illudque referri. c. causam que, de rescriptis. Decius inc. ut debitus n. 18. & 19. not. 7. de appell. Vestris in præs. lib. 3. cap. sub n. 11. qui in terminis hanc clausulam interpretant Romanus conf. 392. in 2. dubio, statim citandi, hæc ita in ea tacite in eff. subtinete dictio & interpretatio, ut possit de principali causa cognoscere, si justè & legitimate fuisse appellatum, ita probant Fel. in d. c. causam que, de rescript. n. 6. col. 7. in princ. vers. & dicit Rot. Præposit. inc. ut debitus n. 9. Decius n. 6. de appell. Beroi. familiaribus, q. 120. n. 8. Roman. in d. confil. 397. dub. 2. Carol. Ruinus conf. 114. Rota decif. 237. ordinaverunt in novis. Staphilus de literis gratia & iusti. fol. 271. Bellamera decif. 419. si auditore & decif. sequenti. Covar. in pract. q. 19. sub n. 5. vers. 2. conclusio (ubi reprobat Franchum contrarium tenetem) idem etiam tenet Vantius de nulli. sent. ex defectu iuris. ordin. 6. 65. Put. decif. 278. lib. 2. Petrus Surd. decif. 175. per totam, dicens sub n. 8. ut rescripta interpretantur secundum ordinem ius Alexander. conf. 98. vol. 3. Burfatus confil. 234. n. 21. Rota decif. 237. & quia potest delegari regulariter à iurisdictione & potestate delegantis. Nos latè dicemus in fr. 4. p. cap. 4. per tot.

13. Hæc tamen conclusio fallit, quando fit commissio in Romana Curia cum prædicta clausula (una cum toto negotio principali) vel cum clausulis (quæ & quas) de statim, quia tunc, indistincte operatur retentionem causæ in eadem Curia, non tamen fit ejus remissio ad iudicem à quo Marquelle de commissio. 1. p. de commissione appell. ab interlo. c. 22. n. 22. fol. 247. & p. 2. de commissio. Jan. nullitat. c. 1. n. 40. in fin. & seq. fol. 335. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 47. membr. 7. num. 31. fol. 319.

14. Quando autem Princeps causam hujusmodi committit, & ex ejus commissione, verbiq[ue] appareat de Principi voluntate, causam gravaminis & principalem causam voluntate committere, quia tunc etiam in iustis & iniquis & iniquis & modo, quo de jure accedebat cause appellacionis, & ejus cognitioni, justa l. 1. ff. de pecul. lega. & ex his que Bart. not. in l. Tertia, §. nihil ff. de legat. 1. & optimè explicat Ruinus confil. 114. lib. 4. col. 2. Covar. d. c. 9. sub n. 5. in 3. & 4. conclus. idem Sebast. Vantius in null. ex defectu juris ordin. d. n. 65. Quintil. Mandof. in præs. commissionum forma 17. vers. uno cum toto negotio. Crotus conf. 27. per tot. Surd. d. decif. 175. sub n. 8. cojus reddet exemplum, scilicet; quando Princeps recessum non committit causam principalem accessoriæ unâ cum ioto negotio principali, &c. sed accipit principaliter, putat, cognoscas de causa appellationis à gravamine, & de toto negotio, & causa principali, ut declarant Doctores ipsi, præserim Covar. apud quem & Surdum alia rei huic attingentia, & circa avocationis materiam videris poteris latè.

Huius facilis cognoscetur quæstio, dubiumque 17 nostrum principale, an iudex superior, quia male appellatum videt in articulo, illum remittit, nunquid iudex inferior possit non obstante appellatione à remissione hujusmodi; vel ab eo procedente interpolatio ad ulteriora in negotio procedere, absque reatu violentiæ, & attenti. In quo breviter affirmative resolvente esse arbitrio, liquide appellatione pendente à remissione causa facta per iudicem ad quem, iudici à quo fuerit appellatum à gravamine, potest iudex à quo procedere ad ulteriora; sententiam ferendo, quæ & ejus processus valida reputantur, nec aliquid ex eis tanquam attentatum venit revocandum, ut notabilis est decif. Rota 1. alias 128. si appellatur de off. delegati in novis. postquam id ipsum notat Nicol. de Miliis in suo repertorio, verbo, iudex, à quo appellatum est, fol. 125. & melius multo hoc probat decif. Rota 66. alias 401. incipit: si appellatur de appellatio. in antiqu. idem etiam probat Lancelot. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. lim. 26. n. 1. Marquesi. tract. de commiss. c. 22. n. 31. post Abb. in cap. cum tua, de ordin. cognit.

Quæ doctrina in tantum vera est, ut pariter procedat, etiam quando hic iudex inferior fuisse à superiori illius interlocutoria appellationis virtute inhibitus, nam adhuc facta sibi remissione per iudicem illi inhibentem, quia per remissione censetur simili inhibitione, & omne impedimentum sublatum, ut ex eisdem duabus decisionibus Rota tenet idem Lancelot. Supradicte 2. p. cap. 29. limit. 2. n. 15. Mandof. in tract. de inhibitionibus que, 36.

Et facit, quia ubi iudex appellationis declarat appellationem non devolvere, vel male appellatum, statim causa reddit ad primum iudicem, ut voluit Speculator in tit. de executione sententie, §. 1. n. 11. & ibi Joann. And. Abb. in pastoralis §. præterea nu. 7. de off. delegati. Præpositi. in c. ut debitus n. 10. de appellat. Petrus Surd. dec. 175. n. 3. qui ex Præposito n. 9. dicit hoc ita procedere, etiam prius appellationis iudex inhibitus, quia virtus inhibitionis expirat, sequuta illi declaratione, tenet etiam ali flatim etiandi.

Et horum ultimo loco relatorum Doctorum præfatam doctrinam non potest extendere, & amplificare, ut non solum habeat locum in hujusmodi remissione extrempre, & verbaliter facta, simul cum declaratione appellationis illicita; sed etiam in tacita remissione, nam quando secundum terminos d. c. ut debitus honor 247. & p. 2. de commissio. Jan. nullitat. c. 1. n. 40. in fin. & seq. fol. 335. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 47. membr. 7. num. 31. fol. 319.

15. Quando autem Princeps causam hujusmodi committit, & ex ejus commissione, verbiq[ue] appareat de Principi voluntate, causam gravaminis & principalem causam voluntate committere, quia tunc etiam in iustis & iniquis & iniquis & modo, quo de jure accedebat cause appellacionis, & ejus cognitioni, justa l. 1. ff. de pecul. lega. & ex his que Bart. not. in l. Tertia, §. nihil ff. de legat. 1. & optimè explicat Ruinus confil. 114. lib. 4. col. 2. Covar. d. c. 9. sub n. 5. in 3. & 4. conclus. idem Sebast. Vantius in null. ex defectu juris ordin. d. n. 65. Quintil. Mandof. in præs. commissionum forma 17. vers. uno cum toto negotio. Crotus conf. 27. per tot. Surd. d. decif. 175. sub n. 8. cojus reddet exemplum, scilicet; quando Princeps recessum non obstantibus inhibitione, & appellatione in causa ad ulteriora inferior procedere, ut ultra modis citatos autores ita notabiliter habent per Rotam decif. 2. aliás 11. fuit dubitatum, in additione vers. sed iis oritur subdubitatum ad appellat. in novis. Ultra quos expresso hanc declarationem, & appellationem adducit Lancelot. de attent. 2. p. c. 20. de attent. post inib. limit. 3. n. 3. quæ declaratio, & extensio eo ulque procedit, ut locum habeat, quando appellatio fuisse deserta, quia etiam tunc negotio devoluit ad primum iudicem, ut inquit Bald. in Los. n. 5. Petrus Surd. d. dec. 175. n. 4. & ipse item in confil. 139. n. 11. & hoc modo potest intelligendæ doctrina & Doctores assverantes, ut inferior non possit se intromittere de negotio, postquam superior in eum manum imponuit.

Quoniam eo ipso quod iudex à quo non detulit appellationem, insufficit, quod duntatas declaretur male appella-

appellatum, ad hoc ut possit procedere, quia expressa remissio non est necessaria, ut tenet Cardin. Alexand. in c. ut debitus honor, n. 28. vers. gl. in verbo, alioquin.

24 & ibi Franc. n. 47. additio, ad Rotam dec. 3. vers. fin. de appell. in nov. ff. In modo isto casu iudex a quo poterit sine alia remissione procedere, etiam si sufficit vigore appellationis inhibitus, quia inhibitus erat accessoria appellationi, cuius sequitur naturam, que deficiente corruit remissio, & sic recte poterit procedere non moderata inhibitione, tenet ultra Doctores citatis Franc. Card. Alexand. in additio ad Rotam, ubi proxime, tenet etiam Scaccia de appell. q. 17. limit. 47. memb. 3. sub n. 34. ubi quod multo magis dicetur revocata inhibitione, si causa expresse sua remissio, Rota dec. 1. aliis 138. si appetetur in fin. de off. delega. in novis. & dec. 65. aliis 41. si appetetur vers. fin. de appell. in novis, qui omnes contrarium affirmant, ubi iudex a quo appellationi delitul, quia tunc non potest procedere, etiam si male pronuntiatur, nisi expresse causa iterum ibi remittatur.

25 Et ad intelligentiam praedictorum obiter adverte, quod iudex a quo potest valide in causa procedere, pendente appellatione, ab interlocutoria, eti iterum sibi vel tacite vel expresse remittatur, & iterum a remissione appelletur, interim per eum gesta valent, non obstante appellatione a remissione tacita, vel expresse, pender tamen validitas a futuro eventu, quia si tandem gravatus obtinuit bene appellatum, per ultimum appellationis judicem revocabitur totus processus primi judicis, factus post appellationem, late explicit distinguendo inter causas connexas & separatas Philip. Franch. in c. Juper eo, n. 8. & sub n. 2. de appell. Lance. lot. de attenti. 2. p. cap. 12. limit. 2. jub. 28. & lim. 29. n. 1. late etiam Scacc. de appell. q. 18. limit. 47. memb. 2. a n. 9. cum seqq. quod corroboratur ex eo, quod dicit Marquell. tract. de commiss. 1. part. cap. 22. n. 31. fol. 248. post Abb. & Doctores, in cap. cum in tuta, de ord. cogniti. & regulam Cancell. 44. Lanc. de attenti. 2. p. c. 20. lim. 2. in princ. Rota dec. 2. de off. delega. in novis, dicentes quod appellatio non datur a moderatione inhibitionis, per quam moderationem alteri judici causa remittitur, licet contrarium videatur tenere Capic. dec. 144. n. 6. Rota dec. 46. de appell. in novis, quos reprobavit Marquell. ubi proxime.

26 Ithae nostra resolutio limitatur, ut minimè procedat, quando tertius iudex, hoc est, ille, qui ad eum est super cognitione appellationis interpositus ab hac tacita vel expresa remissione, & revocatione inhibitionis, nam si hic tertius iudex inhibitus in primo inferiori, postmodum nullatenus poterit procedere in causa, sed in ea supersedere virtute hujus ultima & novæ inhibitionis, cuius processus & sententia nullatenus valent, sed virtus attentatorum subjecetur, ut per Rotam dec. 1. aliis 138. si appetetur, de off. delegati in novis. & dec. 65. aliis 40. de appell. in novis. Tener Lancelot pluribus locis sui tract. de attenti. 2. p. c. 12. lim. 20. n. 2. ad fin. & iterum eadem 2. p. c. 20. de attenti. post inhibitionem lim. 2. ampliat. 4. n. 17. & lim. 3. n. 5. Sequuntur Scaccia ubi proxime sub n. 11. & n. 27. & quiesc. 17. limit. 46. memb. 2.

27 Et ultimo loco pro declaratione praefati Concil. Tridentini d. sess. 24. de reformat. cap. 20. ubi principalem sententiam, & dispositionem, scilicet ut nullus superior de prima instantia cognoscatur reservata ordinario; limitat in vers. nisi Episcopo, ibi, nisi Episcopo proprius requisito, eoque negligenter procedat, &c. quibus verbis datur facultas superioribus, ut ob negligientiam, & tarditatem administranda iustitia, causas in prima instantie terminandi Episcopo, advertendum est, circa istam requisitionem ut Joan. Andr. in cap. dilectio, de appellat. videtur velle, hanc monitionem tribnam esse debere, dum dicit quod si iudex tertio monitus non pronuntiat super exceptionibus, aut non procedit in

causa, causa forte vexandi excipientem supercedet, posse ab hoc gravamine licet appellari, quod videtur etiam probari in cap. 1. de supplenda neglig. Prelato, com quo etiam residet Panorm. in cap. ex part. 2. de appellatio.

Sed contrarium, in modo ut unica monitus, seu requisito sufficit, & tria procedat ad maiorem cautelam, & ex superabundanti, videtur verius, namque femei iudicem requirere sufficit, l. Titia Seio, s. usuras, & ibi etiam Bart. ff. de legat. 2. & in l. mors. ff. de usuris, & hanc etiam opinionem sequitur contra intentionem tacite inductum a Joan. Andr. affirmit Philipp. Franc. in d. c. ex parte el. 2. de appell. post princ. vers. quid autem si iudex, tamen ad maiorem cautelam, & ut magis indubitanter appareat de negligencia judicis, lecturis erit, & commodius tria adversis eum monitione requisitione uni, quo articulo & sequenti exactius vide re poteris infra lib. 3. c. de arbitr. 13. vers. quibus convenit, &c. a. n. 69.

Ex his nec inutile erit, scire, an ab hujusmodi tardiitate, & negligentiā judicis in non administrando parti justitiam appellationis emissā non deferens violentiam adest dicitur. In quo affirmative respondeo, scilicet, vim esse, & appellationis deferendum, ut per gloss. in c. de appellat. ad fin. in 6. & in c. ad artes de funeris, Philip. Franch. in c. ex parte el. 2. de appell. practic. loco, l. fin. s. illud. C. de temporibus appell. & ibi Bald. facit l. nullus de fur. patr. Innocent. in c. ex conquectione in prin. de reffitū. spol. & sequitur B. in l. quinquag. col. penult. ff. de damno infecto, & in auth. ut differentes judic. per tot. & facit. Concil. Trid. super apud quos enim videre poteris, an postquam sic ob judicis tarditatem & negligientiam gravatus superiorem adhibuit, an inferior possit hujusmodi gravamen reponere, & revocare, resolventes negativē, ex quo jam alteri causa commissa est. Vide Franch. loco relato ad fin. & quodā a iudice negligente, seu negante iustitia administrationem, vel causam diffinire, licita sit appellatio, probat gloss. in c. 1. de confess. lib. 6. Bart. in l. 1. n. 7. de lib. omn. jud. Menoch. arb. judicium lib. 1. q. 70. a-n. 15. plurimos Doctores de hac re tractantes congettus haec 2. p. c. 1. a. n. 19. cum seqq.

28 Unum non omittam, ut scilicet illud decreti Trid. 33 dispositio, licet habeat locum etiam in causa delegati ab Apostolica Sede, nam in prima instantia ordinario venit commissa, ut constat ex declaratione Cardinalium super verbis (causa omnes, &c.) ibi. Causa omnes ad forum Ecclesiasticum pertinentes, & beneficialibus in prima instantia nonquam per signaturam iustitiae, alii committantur, &c. tamen Concilium limitatur in beneficiis reservatis Sedis Apostolicae, nam virtute brevium Cameralium citantur possessores beneficiorum, ut etiam in prima instantia compareant Romæ circa causam tractandam, expresse declaravit eadem Cardinalium Congregatio super eodem c. 10. Concil. Trid. in sequenti verba: Item provis per Sedem Apostolicam de beneficiis reservatis possunt virtute brevium in favorem literarum, seu nomine Camera Apostolicae, ad accipientiam possessionem & auditori eiusdem Cameralis directarum citare, & ad judicium eorum eodem auditore Camerae vocare possessores talium beneficiorum occupantes, & detinentes, ac si eorum ordinario super possessorio tantum cause venirentur, & cum sententia super eodem possessorio prolatas fuerit, potest pars adversa causam in curia committere, &c. de quo etiam nos dicimus infra 5. p. tom. 3. propter diem edendo; & alias limitationes ad dictum Concilium videre poteris ex eadem declaratione.

29 Nam tamen Card. declarationem, & illam, quae ibi apponitur super illis verbis (infra biennium, &c.) afferam insequentia. An hoc cap. quo caverur, eas à locorum ordinariis esse intra biennium terminandas alioquin,

alloquin post id spatium liberum esse partibus, vel alteri illarum judices superiores adire; habeat locum, si non steterit per judicem, quo minus infra dictum tempus causam diffiniat, sed vel ob qualitatem causæ, vel pariorum cavillationes; Congregatio censuit, si per iudicem non fit, partes aios superiores adire non posset, facit, & venerabil. de judicis, ubi Abb. aliis, l. propositum. & fin. autem & de illis, C. de judicis.) Et hanc tenus de declaratione, quam dixi ligata habet.

36 Ultimum est advertendum, quod omnia, que diximus de clausula (una cum toto negotio principali) eadem in reperienda in clausula (quam & quas) quia ejusdem est natura, & effectus, de qua latissime videndi sunt Achilles dec. 14.n. de rescriptis & dec. 22. n. 2. Caesar de Grall. dec. 10. de judicis num. 2. Menedanus dec. 162.

37 Sancti irregul. can. cl. de infra resig. q. 34. n. 4. Grall. dec. 1. a. n. 1. cum seqq. de judicis, & dec. 2. a. n. 6. Veralli dec. 125. n. 2. p. 3. Staphilus de iuris justitiae & p. 10. P. regius dec. 94. lib. 1. Achil. de Grall. dec. 8. de rescript. Gomez in regul. de infra resig. q. 34. n. 4. M. noch. conf. 166. 38 a. n. 3. cum seqq. vol. 2. Mandol. in forma commiss. appell. & una cum toto negotio vers. 2. quer. & idem Mandol. in commiss. q. ad fin. s. pro interesse vers. quam & quas. Papazou ad dec. Rota 23. voluerunt sub n. 3. de rescriptis in novis, late Marquell. per ampliationes & fallentias in tract. de commiss. t. p. c. 5. de commiss. appell. in Rom. Curia a. n. 19. cum seq. fol. 48. & 2. p. c. 1. de commiss. Janatio. null. lib. a. n. 40. & seqq. fol. 335. Joan. Hier. Campanil. divers. iur. canon. rub. 11. c. 13. a. n. 206. fol. 346. Et idem etiam dicendum de clausula (cum omnibus suis incidentibus) de quibus & causulis videndi sunt Mandol. super regul. Casella de subrog. q. 14. n. 7. latissime Marquell. dec. 5. a. n. 54. cum seqq. & n. 64. Bellameria dec. 619. Caffad. dec. 9. n. 3. de cau. poss. & propriet. Achilles dec. 7. de attent. Rota dec. 187. n. 6. & 7. p. 2. de fervor. & de clausula (cum toto negotio principali) late ipse Marquell. d. 1. p. c. 5. a. n. 65. ubi plurimos citat.

## CAPUT XVIII.

A reservatione, quam facit iudex, declinatore, seu alterius articuli incidentis, seu emergens in causa, ad litis discursum, sive definitivam, appellationi interposita, an & quando ipse deferre tenetur; ubi etiam obiter, quid ab inordinato processu.

## SUMMARIUM.

- 1 Reservationis articuli decretum an recipiat appellationem.
- 2 Et quid si non est additum, quod ex definitiva resolutabili articuli reservati expeditio, an admittatur supplicatio.
- 3 Exceptio, que statim post oppositionem requiriunt examen, & cognitio, que fin.
- 4 Exceptio, sed articuli prejudiciale, ita ut in causa principali sit interim conquesendum.
- 5 Prejudiciale articuli prius examinandi, ita ut in causa principali sit interim conquesendum.
- 6 Prejudiciale exceptio ad scipias, & vel respectivē ad alias quales dicuntur remissive.
- 7 A reservatione articuli anteriori cognitionem requiriens, an ad finem liis, seu definitivam, appellatio latissim. licita est deferendum.
- 8 Reservatio exceptio rei iudicato ad definitivam est nulla.
- 9 Reservatio ad finem liis exceptio, transactio, aut iuramento, est nulla.
- 10 Reservare ad finem liis exceptionis, non potest iudex Salgado de Protect. Reg.

- 43 Processus gestus tempore quo iudex debet conquisitio-  
re, nullus est ipso jure.
- 45 Reservari potest in summa litiis in summariali exceptio  
requiriens altiorum indaginem.
- 46 A reservatione exceptionis, requirentis altiorum indagi-  
nem in iudicis summariali, appellatio non est licita.
- 47 Reservare exceptiones requirentes altiorum indagi-  
nem difinitionem statutum, à reservatione non ad-  
mittitur appellatio.
- 48 Reservandi ad effectum iudicis statut arbitrio, quæ  
exceptiones requirent altiorum indaginem.
- 49 Reservata non intelligitur per statutum exceptio clara,  
quæ incontinenti potest constare.
- 50 Exceptio juris non possit reservari, quod de ea prius  
debet cognosci.
- 51 Ordo iudicarius non requiritur super disputatione  
juris.
- 52 Reservanda exceptio juris dubii an sit.
- 53 A reservatione non appellatur, quando contra oppo-  
nentem articulam juris est præsumptio.  
Nisi tunc offeratur probato incontinenti, ibid.
- 54 Reservari non potest exceptio contra refectionem exami-  
nandam ejus probatio offeretur incontinenti, etiam  
si requiriatur altiorum indaginem.
- 55 Et multo magis quando exceptio per ipsum jus est  
probata.
- 56 Et an sufficiat verbo simpliciter offerri incontinenti.
- 57 A reservatione exceptionis contra testem oblate in-  
continenti appellari licet.
- 58 Reservatio exceptionis in finem litiis in tribunalibus  
regulis non admittitur supplicationem.
- 59 Reservaria exceptio in finem litiis operatur, ne postea  
probata legitima corrumpant omnia gesta antea.
- 60 Reservaria juris causa in aliud iudicium coram eodem  
potest traditori, quia ad illam efficitur competens.
- 61 Reservaria exceptio in finem litiis an prius sit ter-  
minanda.
- 62 Exceptiones liquidæ dicuntur, quorum probatio in  
promptu est, ut per instrumenta, &c.
- Exceptiones altiorum requirent indaginem, quæ intri-  
ca sunt, & in jure & in iure sunt dubiae, ibid.
- 63 Reservari non possunt ad finem litiis exceptiones re-  
quirentes altiorum indaginem.
- Reservaria tamen possunt, que illam requirunt, ibid.
- 64 A reservatione praeditarum exceptionum non licet  
appellari.
- 65 Reservationi iudicis de factis statur, quando exceptio  
sit invicta.
- 66 Reservatio operatur, ut probata demum exceptione  
gella omnia retro sint nulla.
- 67 Dummido exceptio reservata opponatur processui,  
seu si substantia negotii.
- 68 Reservaria exceptio si obstat, expensis reficienda sunt.
- 69 Reservaria exceptiones decidi non potente parte, senti-  
entia est valida.
- 70 Sententia lata parte non instanti est nulla ipso jure.
- 71 Ad ea non debet querere iudex, sed debet expectare  
sibi deferrit, alias redditur suspeitus.
- 72 Exceptioni competenti renuntiare censetur pars,  
sicut & non opponens.
- 73 Reservaria exceptiones omittere potest pars, & prin-  
cipale terminare, quas tacite videtur nunc rejicare.
- 74 Reservaria exceptionibus non decisis si iudex ad  
difinitionem procedat parte opponente, sententia  
est nulla ipso jure.
- 75 Actus tendens ad favorem alicujus, intelligitur  
parte opponente.
- F**REQUENS est hujus questionis dobitatio, non  
ramen ejusdem resolutio, ac propterea accurate  
examen desiderat, & negativa pars, ut nulla vis  
adit in denegata hujus appellationis delatione; mul-

tum suadet regula l. 2. ff. de appell recip. & Lante senten-  
tiam. C. quorum appell. Concil. Trident. f. 24. de reform.  
cap. 20. quod interlocutoris & ante difinitionem appellati-  
onis, impedit.

Secundò & pro hac parte negativa in terminis urget,  
quod Gratia dicit in reguli 23. sub n. 15. ubi ait, quod  
à decreto, articulus cause referetur difinitione, ex  
qua eius iustitia, & determinatio resultabit, non posse  
appellari nec supplicari.

Tertiò, etiam & median partem in hujus articuli  
resolutione amplectetur practicus Monterolo (aut  
quis ille sit suppresso proprio nomine) in practica  
tract. 5. de Cancellaria, c. 2. de las supplicaciones nu. 21.  
ubi dicit, quod à mandato interlocutorio quo decen-  
tur, articulum cum processu trahi in difinitione, &  
quod ex ea resultabit ejus articuli expedio, nunquam  
soleat admitti supplicatio, scius autem quando iste arti-  
culos difinitione reservatur non additio, quod ex ea  
resultabit, quoniam tunc, ait ille, supplicari posse,  
affirmat.

Sed ne magis immoretur, triplex est in hac mate-  
ria constituta conclusio, & prior sit, ut in omnibus  
his articulis, exceptionibus, quæ statim, ut opponan-  
tur, & deducantur processu, requiriunt ante omnia  
examinationem & cognitionem, prout sunt exceptiones  
dilatoriae, alias emergentes veluti recusationes,  
declinationes, seu incompetencia, defectus, mandati,  
& similium, secundum gl. in c. 1. de ord. cognit. & ibi  
Panorm. n. 22. & communiter DD. omnes ibi ex Immola-  
n. 5. Cyrus, & Paul. Castr. in l. 1. n. 9. C. de ord. iudicio.  
Gondizal. de Paz in prax. 1. tomo 1. tempore 5. num. 84.

Et generaliter etiam & univerteriter de omnibus ex-  
ceptionibus, & articulis praedictis ad alteram  
causam, quia tunc dicuntur ratione, scilicet exclusio-  
nis, quia non est exclusiva alterius, ita quod sententia,  
lata in una causa seu articulo, parat praedictum in  
altera, seu articulo, l. 1. C. si quis alterum testam. prohib.  
§. praedictis, ibi DD. in istit. de acti. l. si quis libertatem,  
§. de petitione heredi. l. si crimi. l. si contestatus C. de ord.  
cognitionem I. quoniam, ubi Alexand. C. ad legem Jul. de  
adulter. l. prefess. C. ad legem Flavium de plagiatis, qui  
quidem praedictiles articuli, sive per viam exceptionis,  
sive reconventionis proponantur, id est necessarium  
est, ut prius de eis cognoscatur, ut interim de-  
beat conquiescere causa, & negotium principale, pro-  
bant expressis iura relata, & ex Doctoribus adducitis iatè  
Cevallos in contra commun. opin. q. 8. 18. per tot. & pre-  
cipit a n. 7. & seqq. 2. tomo, apud quem plura invenies  
exempla harum exceptionum praedictiarum, & ex aliis  
causis ubi de materia per Marantanam de ord. iudicio. 4.  
p. 20. d. per tot. cum maxima claritate & difinitione  
procedentem, ubi quales dicuntur exceptions praedictiles  
ad seipsum, & quales dicuntur exceptions praedictiles  
ad aliam causam, & de quibus omnibus  
praedictis, hoc est, ad aliam causam, de quibus omnibus  
praedictis ante omnia debet fieri examinatione &  
processus, & interim superfendendum est principibus  
causis; & quo latè etiam per nos infra 4. p. 13. per tot.

In omnibus exceptionibus & articulis, quæ  
sui & iudicis natura, & ordine anteriori cogniti-  
onem, seu determinationem exigunt ante causam prin-  
cipalem, de quibus per Doctores citatos, tunc se iudex  
illos ad processu discursum, seu difinitionem refer-  
averit, à tali reservatione appellationi emissa iudex  
ferte tenetur, quoniam licita est, text. expressus in c.  
exhibit. de iudicis, ubi Abb. text. in c. cum ad dissolven-  
dum, de dispensatione in pub. latè, quia dicunt partem  
gravare, ex hac reservatione, & secundum gloss. & DD.  
in c. cum contingat de off. delegat. Bald. in l. 1. C. qui accu-  
sare non possit ex parte ult. de appell. Bart. in l. 1. iud. prætor.  
§. permittitur, ff. de minor. exactissime concidit Felin.  
in d. c. exhibit. num. 6. Ubi latissime disputat per totam,  
an & quando harum opinionum reservatio sit nulla.

multis

quia plures Doctores adducunt in contrarium, tum erant  
quia pro concordia tot tantaque sive resolutioni appo-  
nit fallacias, ut vix regula vim fieri verificari possit ali-  
quo in casu, ut per te vide potes.

Tum etiam facit in contrarium, quoniam si iudex 18  
delegatus opposita subreptionis exceptione i. 5 cogitur  
pronuntiare super illa, sed tacite per processum ad ul-  
teriora, ut post Beroum in c. super literis 1. lectio. n. 21.  
& 2. lectio. num. 31. Guido Papæ singula 747. sententia  
Muscatellus in praxi Regi Concil. p. 5. gl. referuntur,  
n. 36. & 37. & nonquam ab hac profundi opinione,  
quam usu receptam videlicet, ut sive expresse, sive tacite  
& jure pronuntiare judicem, affirmat Joan. Hieron. Campanil. diversor. jur. can. rub. 11. c. 13. n. 191.  
fol. 345. Scaccia hanc sequitur sine distinctione delegati,  
aut ordinarii, & ceteri etiam Doctores ultra alios,  
quos allegat Fel. ubi supra in d. c. suborta.

Et pro complemento obiter attende, quod adeo est 19  
licita appellantia ab interlocutoria super incompeten-  
tia, ut non appellando, translat in rem iudicatam. Phi-  
lipp. Franch. c. si duobus 7. n. 22. ver. 2. queritur, quia  
si iudex de appell. Rolan. à Vall. conf. 33. articulus iste  
n. 5. lib. 4. Franc. Beccius conf. 31. quod appellari,  
n. 3. in fi. & n. 6. lib. 1. Saccia de appellatio. q. 17. lim. 6.  
sub n. 51. fol. 385. qui ibi, ver. amplia, hanc firmat &  
procedere etiam in tacita pronuntiatione per processum  
ad alteriora, quia non appellando similiter transit in  
rem iudicatam, tenet Decius in conf. 107. in causa qua  
nomine, in prino. Becc. d. conf. 31. sub. n. 6. lib. 1.

Quæ doctrina declaratur tres casus distingendo, 21  
primo quando is, qui pronuntiat se competentem ju-  
dicem caret omnimoda iurisdictione, & nullum ejus  
genus habet, & hoc casu sive appelletur, sive non, sive  
opponatur sive non incompetenta, sive tacite ipse iudex  
sive expresse pronuntiet, processus est ipso jure nul-  
lus. Innocent. in c. 20. super literis 1. n. 5. ver. forsan in fi.  
& 7. de scripti. Scaccia ubi proxime n. 52. Affid. dec.  
354 in causa revocationis nu. 14. ver. nec obstat, & sub  
num. 15. ita intelligendus est Muscatellus in praxi ci-  
vili p. 2. gl. competentes num. 41. Joan. Hieron. Cam-  
panil. diversor. jur. can. rub. 11. cap. 13. n. 189. fol. 344. 22  
dicentes quod nullum parat Processus praedictum ex  
defecto iurisdictionis, quod comprobatur ex doctrina  
Bart. in repetit. l. 2. ex quacunque sub num. 16. ver. vos  
Domini ff. si quis in ius vocatus non erit, dicentes quod  
si literæ imperatae veræ non sint emanatae a Principe,  
sed sive falsæ, earum vigore processus est ipso jure nul-  
lus, & semper de falsitate potest objici: idem dicit In-  
nocent. ubi proxime.

Alius est casus, quando iudex habet aliquam iuri-  
dictionem, sed tamen in causa de qua agitur est omni-  
nia incompetens; isto casu si iudex se competentem  
pronuntiat expresse, pronuntiatione tener, & translat in  
rem iudicatam, si non appelletur, & processus & sen-  
tentia validi erunt, ita Innocent. in d. cap. Super literis  
sub num. 5. & 7. ver. forsan de scripti. latè prosequitur  
Franch. in cap. si duobus nu. 22. & nu. 30. ver. ex qui-  
bus de appell. Iono. in c. præterea in fine ver. sed si po-  
nam quod dilatio. B. in l. 2. nu. 7. in fi. Iff. ibi. n. 93. ver.  
in quarta parte, dicentes quod si partes carent, &  
iudex ad alteriora processit, quia nihil fuit oppositum,  
vel opposita exceptione pronuntiat se competentem, 23  
de cetero amplius non potest de incompetencia oppo-  
ni, si non sive appellatum, latissime prosequitur per  
ampliations, & limitationes Scaccia de appell. quod 17.  
lim. 6. memb. 7. & num. 54. dicentes omnes, quod cum  
iudex semel pronuntiat se competentem, à quo non  
est appellatum, non poterit postmodum habilitari de  
incompetencia, aut errore, cum sub hoc articulo sit  
iudex competens, scilicet, an sive sit iurisdictionis, & sic  
facit ius inter partes. Et comprobatur, quia cum op-  
ponitur declinatoria adversus rescriptum, ob idque  
negatur.

negatur, posse judicem in causa se intromittere, circa dubium cognoscit idem judex, tam ordinarius, quam delegatus, an sua sit iurisdictio, textus insignis pannis ad hoc probandum in curia citatus in cap. super iuris, de rescriptis: & super eo Doctores omnes Glorius n. 115, cum multis seq. ill. in l. 1. nu. 6. ff. si quis in ius vocatus non erit. Joannes Hieron. Campanil. divers. jur. canon. rub. 11. cap. 13. nu. 190. vide latè Scacciam ubi proximè per ampliations & limitationes, sequendo Francum in d. c. si duobus.

26 Tertius casus est quando judex est ipso iure competens, sed ejus iurisdictio potest per exceptionem eius, & isto casu expetissimam pronuntiationem super competencia, nullo modo esse necessarii, & tacitam per processum ad ulteriora semper sufficere, & esse appellandum Franch. in d. cap. si duabus nu. 30. ibi, secundo casu principe. Scaccia ubi proximè n. 65.

Et quod hactenus diximus de exceptione declinatoria, ut non possit reservari, sed prius de ea cognosci, aliter appellatio licita sit, multo fortius procedere in telligere in exceptione recusationis, cum declinatoriam & alias exceptiones debent antecedere & preponi, de eaque prius cognosci; adeò ut si aliqua alia prius sit proposita non poterit amplius de recusatione pars opponere, quia dicitur in judicem consentire nec amplius super recusatione locus erit. Doctores omnes per glori. exceptionem c. 4. ubi latè tractat. Joan. Hieron. Campanil. divers. jur. cano. rub. 11. c. 13. nu. 187. fol. 344. quo loci hoc declarant, ut si generatim oppositus fuerint exceptiones, intelligitur prius & primo loco exceptio contra judicem apposita, & reliqua sub conditione, si constituerit ipsum esse judicem, & de hoc articulo, si licet, recusationis & declaratoriae oppositio, tam contra judicem, quam rescriptum, vide nonnulla utilia per Campanil. ubi proxime.

30 Et hujus conclusionis illa fortis est, & potissima ratio, quam communiter Doctores omnes deducunt ex d. c. exhibita, de judiciis, nam cum à jure hic sit ordo praescriptis, ut prius & de his articulis cognoscatur, & in principali supercedatur, ordinem juris perversere, est intolerabile gravamen, & ideo ab ordinato processu esse licitum, & permisum penitus appellationem, ultra relatios Doctores in d. c. exhibita, repente, fatentur Zuchardus in repetitione l. si. C. de editio divi Adri. tol. num. 336. ante quem & Bal. in c. ex conjectione n. 1. de refut. spoli. ill. in c. l. t. n. 5. vers. limita. 2. C. de bonorum poss. secundum tabul. & ibi Decius 6. vers. 5. & ab ordinario, idem Decius in l. si. nu. 47. vers. d. posset. Bart. in l. 2. vol. 2. ff. de appellat. recip. idem etiam tenet Cateilianus Cota in suis memorabilibus, verbos appellat. non licet. Covar. in præc. q. c. 23. n. 8. vers. ceterum licet. Natta conf. 121. n. 4. lib. 1. Joseph. Ludovic. decisi. 39. num. 8. Ozascus decisi. Pedemon. 25. n. 14. Petrus Surd. decisi. Montuanus. decisi. 16. num. 16. & 17. Hieron. Gonzal. in reg. 8. de men. & alter. gl. 9. in annot. n. 202. & gl. 6. n. 224. & 225. ex quibus & aliis Authoribus latius proponavimus infra 4. p. c. 13. per totum. & alibi p. sum. & suprad. hac p. c. 6. n. 68. hanc conclusionem non solum procedere, & habere locum in judiciis & causis, à cuius diffinitiva, permititur appellatio, verum etiam in omnibus in quibus non permittitur, sive quoad unum, sive quoad neutrum effectum, prout ibi potes videre, & vide quae nos late infra 4. p. d. c. 13. à princ. & ex hac ratione & fundamento tenent hanc doctrinam plures Doctores superius relati.

32 Et quoniam à praeposteratione ordinis judicarii, appellationem licitam esse omnimodo, eique esse defendendum, probant Ricard. Malumb. conf. 7. incipit fatus videre, inter confilia Federici de Senis Cardinalis Tulchus tomo 1. concil. 359. nu. 21. & nos latius, ubi ad alios casus fecimus illustrationem, d. cap. 13. & cap. 6. quæ omnia huc quadrant.

Quod & eo fortissimo isthac conclusio corroboratur fundamento, nam si in exequitorialibus omissois ordinis, & ejus praeposteratio facit negotium appellabile, ut puta; quando sententia & exequitoriales dicunt, restituta prædictum tertio, refusis prius expensis, si exequitor procedat ad compulsionem restitutiois ante expensarum solvicio nem, excedit; & ab hoc excessu appellatur, probat latissime Negulans in tract. de pignori. 4. memb. 5. partis n. 10. & sequentib. vers. fertia conclusio, multi etiam relati à notitate Joanne Gareca in tract. de pignori. & meliora. 6. p. n. 18. cum sequentib. & nos exactius examinavimus & declaravimus etiam in tract. 4. p. d. cap. 13. ubi plurimos concludentes omnes quod exequitor praeposterans ordinem executionis excedit, eamque facit appellabilem; ergo à fortiori in nostro casu dicendum est admittendum & probandum.

Hinc & ex eo etiam fulcitur, quoniam licet regulariter exceptio contra testes opposita, ejus examen non impedit, sed possit in finem litis reservari, ut per Bart. in auth. si dicatur, n. 3. 2. notab. & ibi Bald. Salicet. & Joan. Ficat. in summario, Castren. num. 4. vers. regulariter autem C. de testib. gloss. in cap. ex parte, verbo infames. & ibi Felin. num. 12. vers. si autem non esset casus juncto num. 13. Ancharra. n. 1. & 12. vers. regulariter exceptio juncto num. 13. Joannes Andreas num. 1. in fi. vers. probatio exceptions. & n. 15. ad fi. & ibi additio littera G. verbo expeditur. Bald. n. 11. vers. si autem oponitur crimen occultum. Abb. in princ. nu. 8. Immola in summario, & colum. 5. post medium, vers. exceptio que oponitur & colum. 6. princip. vers. præterea etiam Anton. de Butrio nu. 2. & n. 15. Anania nu. 1. exira de testib. Albert. in tract. de testib. cap. 3. p. 52. ad fi. Socin. regul. 129. in princ. Conrad. in præc. s. 2. de off. pretor. in causa civi. iii. de testi. rub. personis testium. in princ. n. 9. fol. 76. col. 2. Lanfranc. de testi. nu. 49. Viv. in suis commun. opinio. in materia testium, verbo contra testes exceptio. vers. iterum videtur dicendum Mafcard. de probat. lib. 2. concil. 694. n. 1. alios referens.

Tamen cum hæc regula multas patitur exceptio-35nes & limitationes, in quibus judex omnimodo tenuit statim de exceptionibus testium ante examen cognoscere, & admittere, non tamen reservare in finem litis, ut latissime videre per te poteris apud Farina. in tract. de testibus qu. 62. à num. 330. cum seqq. ubi plus allegat. Imò & in hoc plurimum potest judicis arbitrium, an debet reservare in finem litis exceptiones contra testes oppositos, vel non reservare, sed admittere, & cognoscere de eis, secundum Bart. in auth. si dicatur n. 9. C. de test. Joan. And. in c. ex parte num. 15. Abb. n. 8. Imol. col. 9. ad fi. Anton. de Butrio nu. 15. vers. opinio extra de testi. Alberi. de Malet. in tract. de testi. cap. 3. n. 52. Socin. regul. 129. in ultima fall. Conrad. ubi suprad. fol. 76. col. 2. vers. 3. & Menoch. de arb. cap. 339. n. 9. lib. 2. Mafcard. de probatio. conc. 694. n. 2. vers. ceteris melius.

Circumstantias autem ex quibus moveri potest ju-37dex ad reservandum, vel admittendum, vide ultra dictos Doctores And. in d. c. ex parte n. 16. vers. in arbitrio autem ipso. Abb. ibidem nu. 8. vers. & judex arbitrando, & Ant. de Butrio. 15. vers. in arbitrio autem informando, & vide etiam dictas fallentias positas per Farinacum loco proxime citato, que quidem debeant movere judicem, ad admittendum præfatas exceptiones non autem referendum in finem litis.

Et quamvis Joan. Andreas in d. cap. ex parte num. 6. 38 vers. & si prius & sequent. de testibus, dicat, quod judex in reservatione hujusmodi, vel non reservatione in finem litis, has exceptiones contra testes oppositos in nihil parti praedictat, tamen contrarium verius est, imò ut judex reservando, vel non reservando possit partem gravare aliquam, ex eo aliqui sunt casus, in quibus de

de eis debet cognoscere, & regulariter reservare, ut dictum est; propter quod possit, imò si necesse parti ex hoc gravamine appellationem interponere, comprobat Abb. in d. c. ex parte num. 8. vers. ego tamen. usq. ad num. 9. sequitur Alber. de Malet. in tract. de testib. c. 5. num. 64. post Speculatorum, quem ibi allegans sequitur: quos etiam & contra Joannem Andream suprad. pariter sequitur Prosper. Farinac. in prædicta crimi, titulo de testib. qu. 62. num. 365. & 366. quæ resolutio ex ea pendet doctrina, à nobis superiori hucque tradita, quoniam in his casibus, in quibus debet judex statim de exceptionibus contra testes oppositos cognoscere, eas referendo perverterit, & praeposterus ordinem juris, & judicium à quo appellatione esse unique tanquam licet deferendum, probavimus sursum, ut probant Doctores citati, & sequuti à Farinacio loco modo citato.

39 Et ex hac nostra doctrina pendet resolutio vera ad illam questionem celebrem, an in casibus extrajudicitalibus, in quibus judex tenetur omnino judicialiter procedere, quando scilicet, vel adest legitimus contradictor, vel adest clausa in commissione (vocabus vocandis) à judice procedure simul judicialiter, & extrajudicitaliter, vel extrajudicitaliter tantum, omisso appellationem non deferendo via fiat; in qua affirmativa, nempe appellatione esse licitam, & ei non defertur judex violentiam ferat, probavi suprad. post latam examinationem hac p. c. 13. à n. 136. & suprad. per text. in d. c. exhibita. de judiciis, quia ad ordinato processu omnino licita reputetur appellatione, ubi & rationibus, & authoritatibus id ipsum affirmavimus, ponderando ac interpretando d. cap. exhibita. & sic illic te remitto.

40 Quod & nostre conclusioni pertinet, quod cum excepio nullitatis ab aliquo opposita ejus sit naturæ & qualitatis, ut requirat statim examen nationem & determinationem, adeò ut non possit in discursum processus referari, imò fore nullitatis nullitatem addere, si flante hac oppositione nullitatis non pronuntiaretur ante omnia super illis, ita decrevit Rota teste Puteo dec. 159. lib. 1. & num. 2. & 3. lib. 3. Caput. 1. ff. ad sensus Consul. Trebel. I. ult. C. de compensat. quia cum eas possit rejecere judex, multo magis revertere, Bart. in extravag. ad reprimendum in verbo summarie, 4. Angel. Aret. in §. bona fide n. 2. Inst. de actio. Matil. sing. 365. except. ac proprieate dicit Felin. in c. exceptione m. de excep. n. 25. ad fin. & num. 24 per totum, quod licet queat appellare ab exceptionibus reservatis in finem litis, fallit in duobus casibus.

Et primus hic est, quoniam o exceptiones requirunt alio-

rem

indaginem, quarum cum sit licita reservatio ut ex aliis Doctoribus ibi probat, licita non dicitur ab ea, appellatio, & quod sit sententia de jure tenet post Menoch. de arb. cap. 20. in fin. Gratian. discept. forens. 2. tom. c. 170. à num. 1. vide etiam alios Doctores infra à num. 62.

Et ita in terminis eriam statutis mandantis exceptio-47nes requirentes altiorum indaginem posse, & debere reservari diffinitione (cum iuri communis sit conformis) si judex reservaverit exceptions, tanquam indaginem altiorum requirentes; non posse appetari defendit, & late probat Gratian. discept. forens. d. c. 170. à n. 4. quia cum sicut dicto judicis reservantur quando exceptio dicatur intricata, & requirere altiorum indaginem, ejusque sit arbitrio relicturn, prout & tenet Tiraquel. in l. si unquam, in verbo omnia, vel partem n. 1. Menoch. de arb. cap. 20. n. 3. & de recuper. 1. n. 260. Matthias Coler. in c. cum venerabilis, num. 72. usq. ad n. 78. de except. & in tract. de processibus executivis. 4. p. 2. num. 2. cum seqq. & ita etiam omnino intelligendus est ipse Gratian. ibi n. 12. cum seqq. ubi loquitur intricata, & potius lapsi seribentis, ut ex ejus rationibus, discursu, & Doctoribus citatis colligitur. Facit etiam, quod ipse dicit n. 3. quod hujusmodi statuto non intelligitur reservata exceptio clara, de qua incontinenti potest constare, quia hoc non intelligitur ab statuto reservata, quemadmodum exceptions juris etiam

dubi-

48 Quæ quidem conclusio ita admittenda est, ut tunc exceptio talis reservari possit, quando est facti, & sic intelliguntur Doctoribus citati, cum secus sit dicendum, quando exceptio juris est, quia nec rejici, nec reservari debet, cujus est ratio, quia jus est certum, nec aliquam probabilem dubitationem recipit; ac propon-  
Salgado de Prost. Reg. te.

terea statim super illa tali exceptione cognoscendum  
51 est, nec debet refervari, ita docet, Bald. in *l. ancillæ C.*  
*d. furii*, Menoch. de *arbitr. judic.* lib. 1. qu. 53. n. 4 d. 5.  
quia super disputatione juris ordo iudicarius non re-  
quiritur, & una tempore illa debet apud judicem determina-  
tio, five modo, five impotestrum, Bald. in *l. postquam  
litus*, col. 2. verf. septima *exceptio C. de pacis*. Marianus  
Socin. senior, in c. 1. n. 51. & 52. *de litis contumaciam*,  
Blancus in tract. de compromissione q. 4 princ. n. 102. Alex. in  
additio ad Bart. in *l. vir bonus*, in *verbo impediti* *judicis*  
*sobri*. Felin. in *e. exception*. n. 40. *de exceptio*. Menoch *loco*  
*proxime* citato n. 6. & 9. ubi dicit, quod cum à judice  
super exceptione juris iudicandum est, unam semper  
sententiam, vel affirmativam, vel negativam amplecti  
tenetur; referendo nihil praefat, quia illud prajudici-  
cium super illa exceptione, quod in fine cause facere  
potest, & tenetur, ita potest & debet tempore, quo ob-  
jectitur, debet enim semper pronuntiare uno & eodem  
modo vel pro actore, vel pro reo excipiente. ubi etiam  
late disputat, quid dicendum sit quando juri non sit  
clarum, sed dubium & perplexum; & tandem pluribus  
hinc inde adductis idem quod de jureclaro respondit,  
qui & in d. q. 5. ad hoc alias ponit declarationes. Fufius,  
etiam ipse Menoch. conf. 25. nu. 13. lib. 2. quem sequitur  
Grat. *discepti. forens.* tom. 1. p. 170. n. 3. Capius d. c. 10.  
n. 19. & 20. & Aretin. in §. in bona fide n. 1. *Instit. de  
actione*, tenuerint contrarium, vide etiam *infra* num. 62.

53 Ita autem duas conclusiones possunt una modo lim-  
itari, ut a reservatione non possit appellari, quando contra excipientem & proponentem articulum juris fore praesumptio; probat Hostiens. in e. cum conting. de off. delegati, per text. in c. nullus. per praesump. Felin. in d.c. exceptionem, de except. n. 24. vers. secundus casus ejus, ubi hoc declarat, nisi tunc offeratur probatio exceptionis incontinenti, prout ad id adducit plures Doctores. Ultra quos & eo potest confirmari, nam licet, ut superius dictum est, regulariter exceptio contra testes oppositionis non impedit eorum examen, sed referetur in finem, & discriminari iuris, cui adiungunt aliquas limitationes remissive, sicut tamens una haec est, ut exceptio contra testes debeat statim, & admitti, & de ea cognoscere, non tamens reservari quoties, etiam si altiorum requiratur indaginem, offeratur probatio incontinenti, hoc ita probatur per DD. in auth. si dicatur C. de testib. ubi praesump. Barri, poft n. 3. in ejus summario vers. breviter litera hoc dicit, iudicato n. 8 in fin. & n. 10 & ibi Bald. n. 2. versic. nisi prob. in continent. Salic. n. 2. & bene ibi comprobato Joan. de Sicar. n. 2. verf. verumtamen, gl. in c. ex. per verbo infamie, vers. sed ex hoc etiam, ubi Innoc. n. 1. Felin. n. 15. Joan. And. n. 15. poft medium, Ann. 10. ubi enim multo magis, quando exceptio est ipso jure probatur Imol. col. 6. in fin. verf. sed iste intellectus, & col. 7. in princ. verificulo alius fuit intellectus, ubi quod sufficit verbo simpliciter offerre se probaturum, quia intelligitur incontinenti, licet ad cautelam melius sit adiudice etiam incontinenti. Ant. de Botr. n. 15. verf. 3.  
55 56 fuit. opin. eod. tit. de testi. Albert de Maller. in tract. de testib. c. 13. n. 15. & 53. & n. 55, ubi de verissima conclusione testatur Soci. regul. 129. in 7. fall. Lanfr. de testib. n. 49. verf. item fallit. Gramm. dec. 86. n. 2. & Sanq. Conrad. in pract. §. 2. de off. praevo. in causis civilibus tit. detestib. rub. personas testium aggred. imprinc. n. 9. fol. 76. col. 1. in 7. fall. Monticell. in repert. testium fol. 228. col. 1. vers. 1. Beneict. dec. Bononi. 7. ubi dicit, quod ita docent communiter DD. in c. exp. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu. 239. nu. 9. verf. si constat statim, & n. 12. vers. praefera vivi. in commun. opinio verbo, contra testes exceptio in fil. Macfarad. de probat. lib. 2. conf. 694. n. 2. vers. fallit. secundis videtur Innoc. &c. n. 4. & 5. ubi bene comprobato Proph. Faria. in pract. crimin. in tract. de testib. q. 6. 2. n. 358.

57 Et in terminis exceptionis contra testes reservat<sup>z</sup>,  
cujus probatio in continent<sup>i</sup> offert, ut appellari liceat,

licet coram judice superiori justificanda sit, Philipp. Franch. *in c. interpositio sub n. 4. limit. 2.* & Card. Alex. sub n. 4. fall. 2. & 3. col. 3. de appell. sequitur Secc. de appell. 9. 11. n. 76. & nos latius explicimus hanc doctrinam, *supra c. 1. d. n. 8. cum seqq.*

Tertia & ultima etiam in hoc articulo potest constituta regula, ut a reservatione cuiuscunque articuli, seu exceptionis appositiæ in processu pendente in supremis tribunibus, nec appellatio, nec supplicatione admittatur, ut approbat & affirmant ita procedere in eis de speciali styllo & consuetudine, Monter. *in prat. 5. tract. de Cancellarias, c. 2. de las supplicaciones, num. 21. Grat. in regul. 3.3 sub num. 5. rejeclit tamen distinctione.* Monter. dicentes, ut supplicari possit, quando non dicuntur de *allii resultara*, quia sola reservatio sufficit de per se, & tacite subintelligitur, ut tunc referetur ad diffiniendum, ut inde refutet articuli discursus, quo in illæc sola reservatio exceptionis operatur, ut probata postmodum exceptione & legitimata inventa, nulla reddantur omnino, quæ ante gerita erant. docet Bart. *in L. ille à quo, §. de Senatus Confusatul Trebellianum, quod & declarat Felin. in d. c. except. nu. 24. sub 19.*

vers secundus casus, &c. Marsfill. sing. 365. n.2. & sing. 198.  
testis qui non debet, n.3. vers ideo dicit Gratian. in discept.  
forensi. i. tom. c. 170. n.7. dicentes etiam, quod in iis casibus,  
in quibus exceptio reservari potest de jure in finem  
litis aut definitivis, tunc non posse appellari, quia  
nulla leso, prajudicium, aut gravamen datur considerabile,  
cum in fine litis, quo reservatur, reparari  
recte possit, ceteraque gesta nulla retro sint de exceptionibus,  
& sic cum tacite illi effectus subintelligitur  
in reservatione, absoluta, declaratio, & expressio res-  
quista per Monterr. non est in consideratione, cum  
expressio illius quod tacite inest, nihil operetur, de  
quo vide latissime infra n. 67. cum seqq.

Clausula istud reservativa iuriorum in aliud judi-  
cium, sententia facta à judice, operatur coram eod.<sup>60</sup>  
judice juris reservati caufam tractari, ac discuti posse,  
de qua ejus virtute efficiunt competens, ita tenet Pere-  
grin. de fideicommiss. art. 48. nu. 66. fol. 266. Contrarium  
tamen, in modo hujusmodi caufam coram eodem judice  
tractari non posse, defendit Maria de jurisdict. 4 p.  
centur. 2. caza 199. n. d. 22. cum seqq. Et supra n. 5.  
Quid renendum: prior opinio frequentius admittitur  
in præmis.

Et pro complemento hujus materiae illud inquirendum est: an exceptio in fine litis à judice reservata, prius sit terminanda auctore constante pro diffiniiva. 61  
Pro cuius resolutione prius supponenda sunt nonnulla ex hacenus dictis, nempe, liquidas dici esse exceptions, aliam non requirunt probatōnem, nec oppositionem, sed in promptu instrumentis aut alter Benic. dec. 7. Muscatell. prax. civil. p. 5. gl. Referv. nu. 21. Trivis. dec. 2. n. 5. lib. 1. & quæ non sīm multis ambagibus innodata, l. fin. C. de compens. Muscatell. n. 21. 22. aliorum verò requirunt indaginari, quæ intrinsecè sunt, nec de facili possunt liquidari, cum & in facto, & in iure sint dubiae. l. 3. §. ibid. & ibi gl. verb. obscurior. ff. ad exhib. l. ille a quo §. 1. ff. ad Trebel. Ias. in §. præterea nu. 58. Instit. de actionib. Capic. dec. 10. n. 19. 20. Aret. in §. æquæ Instit. de except. Alex. conf. 165. col. pen. in fin. vol. 2. Surd. conf. 52. n. 10. Cavagnol. ad decret. Monif. 6. §. 10. n. 16. Tilm. dec. 3. vol. 6. recup. posf. n. 23. 24. Synagm. 3. Trivis. d. dec. 2. n. 2. Mar. Giurh. dec. 21. n. 1. illæ in fine causa, ad merita reservari non possunt, sed ante litis ingrellum terminandæ sunt, Felin. in c. cùm contingat. de off. deleg. n. 18. & in c. exp. n. 12. de testib. Affid. dec. 63. n. 1. Capic. dec. 77. n. 66. Trivis. d. dec. 2. Muscatell. d. n. 21. 22. aliorum 63 processus redederetur nullus, ad text. in c. cùm ad dissolvendum, & de despons. imput. Felin. in d. c. cùm con-

Pars II. Cap. XVIII.

ing. n. 18. Alb. conf. 14. n. 3. l. Triv. d. n. 6. Cavag. d. §. 10. n. 7.

Hac vero in fine causa reservari recte possunt, ne retardare processus super negotio principalis. d. §. 10. id. ff. ad exhibent. & d. l. a quo §. 2. ff. ad Trebell. confort. sext. eleganter. s. si quis pof. se de condicis indeb. & l. nam & postea ubi Bar. & Doctor. comm. ff. de jurejor. Marf. sing. 365. Afflict. dec. 12. nu. 2. Muscatell. de gloss. reserv. n. 20. 25. Georg. alleg. 15. n. 9. Contard. in l. 1. lim. 12. C. si de momen. posse. appell. Maran. de judic. tit. de except. n. 14. com. testator Cum. Rit. ( suo ordine ) 38. n. 57. Tepat. lib. 1. var. tit. de except. col. 7. in med. Barbol. in l. divortio. §. fui n. 54. ff. folius mar. Grauan. discept. 170. n. 1. Ann. sing. 440. & 65. Cavagnol. d. §. 20. n. 15. Gail. de arrest. c. 3. n. 13. Laderch. conf. 12. n. 5. conf. 133. n. 16. 16. 17. Muscatell. ad Capic. dec. 6. n. 6. decif. 10. n. 9. comm. dixit Intrig. dec. 17. n. 18. Trivis. d. dec. 2. n. 1. Gramm. dec. 65. n. 83. 74. Menech. de arbitr. q. 53. & cap. 20. in fin. Quo in calu nec appellari posset. Grauan. d. discept. 170. n. 4. Rugginell. de appell. §. 2. c. 3. n. 303. Facian. de probat. lib. 1. c. 58. n. 50. Seac. de judic. lib. 1. c. 102. n. 2. & de appell. q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 97. 98. Mar. Giurb. dec. 2. n. 3. tum quia it. ut dicto judicis reservantis, quando exceptio fit intricata, & si altiore respecti indaginatio, possumt est ejus arbitrio. Bald. in l. si ex falso, n. 1. C. de translat. Felin. in c. exceptionem. n. 24. de except. Tiraquell. in l. si unquam. gl. omnia, vel partem, C. de revocacion. Menoc. de arbitr. cas. 10. n. 3. & recip. cop. rem. 1. nu. 160. Gratian. discept. 170. n. 4. Ann. sing. 605. Mar. Giurb. decif. 21. codem n. 3. tum quia exceptions nec sunt decise, sed eas in fine causa dicendas reservat judex, 56 Alexander. in d. I. ille quo §. 1. n. 5. Felin. in d. c. cum contingat, n. 18. Franc. dec. 198. Carpan. ad stat. Mediol. 23. n. 112. Ann. singul. 605. Afflict. in constitut. Filiationis. ann. 8. rubr. 22. lib. 2. Milan. dec. 3. n. 96. lib. 1. Intrigl. l. 1. sing. 35. l. 2. sing. 161. tum quia reservatis hujusmodi illud operatur, ut probata demum exceptione gelta omnia sint nulla, & processus: gloss. est singul. in d. c. cum contingat. Bart. in d. ille quo §. 1. n. 5. & Alex. nu. 6. Afflict. jud. n. 8. Bald. conf. 69. n. 4. vol. 1. plen. Felin. in c. subhort. derjud. Cum. Rit. 42. n. 44. 68. Natl. sing. 198. sing. 365. n. 2. sing. 605. n. 3. Marant. de jud. p. 6. memb. 9. nu. 14. Grat. d. discept. 170. nu. 7. Tufo. tom. 7. litera S. concl. 526. n. 3. Cavagnol. d. §. 10. n. 20. 24. Tepat. loc. cit. An. Sola ad decret. Sabaud. tit. 32. gl. 10. n. 7. refutum Afin. in prax. §. 19. c. 3. lim. 12. n. 1. Mont. d. dec. 12. n. 56. Cancer. var. refol. c. 20. de seftib. nu. 21. 23. Amat. dec. 24. n. 27. Trivis. d. dec. 1. nu. 12. quia confundit videatur, c. qui tacet, dereg. iur. in 6. Put. dec. 150. l. 1. que quidem tacita renuntiatio in prohibita etiam dispositione admittitur; ut resolvit Dec. in c. 2. n. 101. de probat. Mont. d. n. 56. Quare potest judex reservatas exceptions omittere, & super negotio principalis procedere, illud que definire tanquam de partium confessi l. si convenire, ff. de re jud. quia tacite pronuntiata videtur, reservatas exceptions illas minime admittendas, sed penitus rejiciendas esse, arg. c. ex parte. M. app. Abb. in c. 1. n. 10. de ord. cog. Bar. in l. a procedente, n. 4. C. de dilat. latè Gab. tit. de except. concl. 1. multa enim parte non opponente subsistunt, que alias de jure non valent, pulchre ostendit Felin. in c. inter monasterium. n. 23. de re jud. Cravet. conf. 220. n. 3. in fin. M. gl. dec. Luc. 52. n. 21. & Giurb. in dec. 14. n. 8.

Non obstante contraria: quia procederent parte super eis interloqui petente, quo in easu si ad sententiam procederet judex reservatis exceptionibus non deculis, nulla erit, ex Afflict. in d. conf. Filatio. n. 8. & 9. Triv. d. dec. 2. per rot. & est verior opinio, secundum quam fuit sepe judicatum, quod oppositio fit necessaria, cum quilibet actus tendens ad favorem aliquo, intelligendum sit pars oppositio, ad text. l. universa, ubi gl. verb. probatur, & Iff. nu. 3. C. de precib. Impr. offer. Polyd. Rip. obser. 200. n. 3. & plures DD. 73 citat. Giurb. dec. 15. n. 8. & dec. 14. n. 8. qui d. dec. 21. n. 14. prædictis difficultatibus ita satisfact, & iuxta hanc sententiam & opinionem ita determinasse. Senatus Sicilie mense Junio 1622. & in aliis causis, testatur.

69 Sed tentiam esse validam parte non petente reservatas exceptiones decidi, ut judicatum testatur Tri-